



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Anno M.D.LVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

eijsmodi destinarat. Effecit etiam ut traderetur Patribus suggestus in celeberrimo sanctæ Ursulæ templo, cum antea sepe eis locus ad euangelizandum deesset. Ipse vero octo dierum spatio (non enim longiorem ab Colloquio commeatū impertrarat) concionatus est saepissime in æde principe, alibiq; cum germanice, tum Latine innumerabili auditorum numero, præsertim die Sanctis omnibus sacro, quo multa hominum conuenisse ad audiendum millia dicebantur. Liberatus deinde VVormatiensi Colloquio, cum vndiq; Ecclesiarū necessitatibus aduocaretur, haud diutius censuit piam postulationem frustrandam Argentoratensium Episcopi, & Canonicorum.

Conuenit Episcopum ad Tabernas Alsatiæ quinq; ab Argentorato procul milliaribus mensura gentis. Aberant ij, cum quibus agi volebat Antistes de institutione Collegij: idcirco prope mensem retentus est, habitusque quasi Angelus Dei, atque interim populum iussus diuino verbo reficere, ac per natalitas Domini ferias etiam sacramentis ministrâdis obire Pastoris vices. Apud Aulicos præcipue fructus laborum constituit. In Iudo quoq; Catechismum pueris tradidit, expli-

1558.

*Argentora-  
tensis Epis-  
copum con-  
uenit.**Multa vege-  
gerit.*

S 2

cauit-